Ex Libris
OHN LANDWEHR
Voorschoten

NVCLEVS EMBLEMATVM SELECTISSIMORVM, QVÆ ITALI VVLGO IMPRESAS vocant priuata industria studio singulari, vndiq; conquisitus, non paucis venustis inuentionibus auctus, additis carminib, illustratus

A

GABRIELE ROLLENHAGIO MAGDEBVRGENSE.

COLONIÆ
E Musæo cœlatorio
CRISPIANI PASSÆI.
PROSTANT
Apud Ioãnẽ Ianſonium
Bibliopolã Arnhemiẽſẽ

Vmbra Iuuentutis, formæ florentis Imago,
Vt-nitet artificj reddita-cunctq; manu.
Exterius talem finxit Natura; quod intus
Mens agitat GENII *est; viuet id* INGENIO.

En teres os; hilaris frons, lumina bina gemelli
Sideris! en vegetis sinciput Ingenij!
ROLNHAGIDAE, *pingat si singula Zeuxis, acuta*
Pingere num potis est, indolis effigiem?
Valens Cremcouius.

IN EMBLEMATA D. GABRIELIS ROLLENHAGII.

Sic oculis Templum varijs cœleſte renidet,
Jmperiũ Patris omnipotens ſapientis adũbrãs.
Dædala ſic varijs Tellus ſe floribus ornat,
Jucundâ Veris blandum ridentis in horâ.
Adſiciunt tacitis ſpectantes talia ſenſis
Schemata, ſi quibus hæc ſaltim ſpectare lubido eſt.
Quem non ROLNHAGIDÆ *capiunt* EMBLEMATA, *miris*
Picturata notis, aptè diſtincta Figuris,
Utilibus monitis Vitæ communis ad uſum
Plena, breui ſenſu res exſinuantia multas;
Jlle (nec immerito) Putris Mihi Fungus habetur.

Valens Cremcovius.

CAN-

CANDIDO ET BENEVOLO LECTORI.

NOn minus verum quam titulum est illud Horatij:

Omne tulit punctum qui miscuit vtile dulci.

Videmus enim plerosque omnes homines quæ cumque agunt duabus his rebus metiri, Vtilitate, inquã, & Voluptate: quibus si tertia accedat, Honestas, enim vero iam nihil ad perfectæ Virtutis deerit actionem. Ad litterarum quidē studia quod attinet, vt lubenter quidquid ad animum tam scientia imbuendũ quam bonis moribus excolēdum facit, in rerum Honestarum numero habendum esse fatemur; ita illud, credo, nemo negabit, esse quædam quæ ad Voluptatem magis quam ad vitę tam communis quã priuatæ Vtilitatem accommodata sint. Ex hoc genere sunt qui Poeticam quoque artem esse censent; vtpote qua, illorum iudicio, sine magna iactura facile possimus carere. Equidem Poetices defensionem hoc loco suscipere animus mihi non est; quum & diuinum hoc studium suopsius clypeo contra omnes calumnias satis superque protegatur, & patronos iam olim in-

uenerit, & etiamnum inueniat non paucos. Sed vt in ceteris fere omnibus rebus, quamuis eodem genere comprehensis, magna est diuersitas: ita in Poematis quoque. Equidem sic semper existimaui, ea Poemata quæ non tantum syllabarum certis legibus astrictarum venustam concinnitatem præ se ferrent, sed etiam penitiorem quandam eruditionem, vitæ formandæ aptam, spirarent, magni facienda esse. At quemadmodum in picturis cordati viri non tam ipso pulchræ tabulæ aspectu, quam rei ipsius siue historiæ quæ ibi depicta est, memoria afficiuntur; ita honestus animus non tam metri volubilitate, quam rerum eo adumbratarum pulchritudine capitur.

Inter omnia vero Poematum genera non infimum sibi locum vindicant eæ inuentiones siue animi lusus, qui EMBLEMATA vulgo dicuntur: quibus illa præterea gratia accedit, quod præter litteratam illam Poesin, ab altera quoque veluti Dea Pictura scilicet, non parum ornamenti & cultus accipiant. Ita fit vt & versibus audiendis aures, &, præsertim artificiose sculpta inspicienda imagine, oculi, vtrif-

vtrisque vero animus mirifice recreetur atque oblectetur. Sed quemadmodum hodie

Scribimus indocti doctique Poemata passim:

ita pauci semper fuerunt qui in argute inueniendis & apte explicandis his ingenij fructibus excelluerunt. Superiori quidem tempore inter primos Andreas Alciatus, magni nominis Iurisconsultus, paruo quidem sed docto edito Emblematum libello, magnam laudem consequutus est: quem Sambucus, Hadrianus Iunius & alij sequuti sunt, quamquam dispari passu. Et his quidem omnibus, & si qui alij in hoc choro pedem posuerunt, suam laudem lubenter relinquimus, illud tamen sine iactatione dicere posse videmur, hoc in genere ei quod iam elaboramus par opus hactenus non prodiisse. Figuras enim non in lignum, vt illi, sed in æs incisas damus, nec nudas, sed parergis nō inuenustis exornatas. Versus pauci sunt; sed apti, perspicui, rotundi. Hoc vero vniuersum opus, beneuole Lector, doctissimo viro D. Gabrieli Rollenhagio, amico nostro singulari, debes: qui quinque Emblematum Centurias

quum ex alijs coliegit, tum etiam non paucas ex suo ingenio nobis dedit. Earum primam iam in lucem edimus, ceteras, si vitam nobis Deus largiatur, deinde addituri. Interim his fruere: & Auctori à Deo fausta omnia precare.

REVERENDISSIMO ET POTENTISSIMO PRINCIPI AC DOMINO, DOMINO CHRISTIANO GVILIELMO, ARCHIEPISCOPO MAGDEBVRGENSI, Primati Germaniæ, Marchioni Brandenburgensi, Borussiæ, Stetini, Pomeranorum, Cassubiorum, Henetorum, nec non in Silesia Crosnæ & Carnouiæ Duci, Burggrauio Norimbergensi, Rugiæque Principi, Domino meo clementissimo.

Ignatione reuerendissime, famâ Illustrissime, ditione potentissime, ortu generosissime, indole præstantissime, doctrina literatissime Antistes, quod de rei rusticæ Oeconomo, vetus commentator putat, *operosior* (inquiens) *est negligentia quam diligentia*, ego de homine quouis industrio verum esse aio, cui leuis cessatio ignauia, torpens ocium pœna. Mihi, quem à teneris seuera parentis educatio ad bonas literas, & diuturnus omnia Sapientiæ viridaria liberrimè peruolitandi & suo vsui apta delibandi mos, ardore studiorum,

quorum radices Magiſter eloquentiæ Iſocrates peramaras, fructus miræ dulcedinis credebat, magis magisq; inflammauit, mihi inquam, cui quod abſque arrogãte iactantia dixerim,

nullum tempus abiuit iners.

Nihil autem grauibus curis attritum & ſeueris meditationibus nubilum animum ſuauius afficit & ſerenat, quam Tribulium noſtrorum (quos olim magno, iam vili nomine *Poetas* vocant)

Et decus Phœbi & dapibus ſupremi Grata teſtudo Iouis, & laborum

Dulce leuamen,

quo ambitioſo Elogio, inſanientis Sapientię conſultus Flaccus, ſuas carminum delitias dignatur.

Qui ita amœno ingenio nati ſunt homines, quicquid vbique Floſculorum in his Muſarum pratis aſpectu ſuaue, ſapore gratum, acrimonia præſtans, naſo (quem ſibi ſolis datum opinantur) ſagaci, ſedulitatem Apiculæ imitati, indagant, ſeligunt, & ſuis in loculis, olim bonâ fide nec ſine fœnore promendum, repo-

reponunt.

Hoc ego pacto, occulto genij impellentis instinctu, ex infinito Picturarum poeticarum, quæ EMBLEMATA, Græci Itali IMPRESE vocant, numero, ea quæ neruis, succo, sanguine & anima sua non destitui deprehendi, in aliquot Centurias digessi, meis inuentionibus locupletaui, & breuissimis symbolis ornaui, singulisque saltem distichis, animo sereno, horis subseciuis, ambulans & interdum stans pede in vno accuratè explicui. Nec omninò inuitâ Mineruâ, si viris summis Caselio, Grutero, Taubmano judicibus haberi fides debet. Ego illis plus certè credo quam mihi, quàm cæteris omnibus, quos, nisi his sacris non leuiter initiati sint, manus violentas abstinere jubeo. Si enim vsquam profectò, hîc nimis verum: *Ne sutor vltra crepidam.* Inueni etiam egregium & solertem chalcographum Crispinum Passæum, qui mihi vltrò suam operam detulit, & satis ad meam mentem appositè cupreis ea laminis incisa, foras dedit.

Verum

Verum enimverò, quoniam apud te, *Venerande Præſul*, vt communis famæ ſermo fert, ſuus eſt virtuti honos & ſapientiæ; Nos, qui vtriuſque candidati eſſe potius quam haberi aut perhiberi optamus, ad te CHRISTIANE GVILIELME, tanquam ad cælitus ingenijs elegãtibus heîc loci deſtinatum Brabeutam, agmine facto concurrimus, guttulis priuati ſudoris bonæ ſpei publicè tuo nomine litantes.

Habe ergò Tibi heîc, à me humili tuo ſeruo, PRIMAM EMBLEMATVM CENTVRIAM, leuidenſe munuſculum: quod ſi tam iucundum Tibi erit quàm legentibus & intelligẽtibus gratũ fore confido, opellam hanc à me feliciter collocatam arbitrabor: ſin; oleum & operam non vnus mei ordinis, nec primus iam demum perdidi.

DE-

DEDICATIO.

AD REVERENDISS. ET ILLVSTRISS. ARCHIEPISCOPVM MAGDEBVRGENSEM, PRIMATEM Germaniæ, &c:

CHRISTIANVM GVILIELMVM.

ANTISTES patriæ, PRIMAS Germanidos oræ,
Virtuti penes est quẽ tribuendus Honos.
Ingenijs cœlo Te numen donat amicum,
Vt patrocinio Nos tueare tuo.
Ecce tibi, cupreis EMBLEMATA *rara tabellis,*
Aureaque artifici SYMBOLA *sculpta manu.*
Si pensare voles Genij ludentis acumen,
Est bona, cur plaudam, causſa reperta mihi,
Sin, nihili dantem, munus si vile putâris,
Vnus ego haud operam ludo Poeta meam.
INGENIVM QVONDAM FVERAT PRECIOSIVS AVRO,
Ipſe querebatur, tempore, NASONE ſuo.
Sum templi pars vna Tui, ſacrisq́ minister,
PRÆSVLE *quæ* SVMMO TE MAGDEBVRGÆ *facit.*

Non mihi maior erat, nec dono dignior vllus,
Te Mecœnatem nuncupo iure meum.
Tu modò munis ama, nec munera parua refuta.
Spernitur haud magno mica minuta Iovi.
Sic tibi succedant quæ concipis, oscine dextro,
Iustitiâ vigeat, Te Duce, Pacis opus.

idem Auctor

IN

IN EMBLEMATA ROLLENHAGII ET PASSAEI

Epigramma Iani Gruteri.

EST à se fateor, satis illecebrosa Poesis:
Picturæq; vltro gratia summa suæ est.
Hæc sed vbi simul & simul illa iugãtur in vnũ;
Coniugio tali dulcius orbe nihil.
Sic adamanta aurũ; Lunã sic astra coronant:
Sic coeunt rubris lilia cana rosis.
Quis feret heîc primas? vt Rollenhagius aures:
Lumina Passæus sic beat arte sua.
Pascere posse aures; est ipsam pascere mentem:
Quique oculos pascit, pascit & ille iecur.
Mente nihil prius est: iecur est nutricula cordis.
Vt nil mente prius, sic quoque corde nihil.
Palma igitur neutri cedet, vel cedet vtrique:
Aut adeo hanc Charitum cedet vterq; choro.
O certamen amœnum! ô ius mirabile palmæ!
Victus vterque placet: victor vterque iacet.

IN EMBLEMATA DOCTISSIMI VIRI GABRIELIS ROLLENHAGII à solertissimo Crispino Passæo in æs incisa.

Quis nouus iste liber, Tam miranda arte politus?
Cui tantum debemus opus? Tibi nempe diserte
Rollenhagide, doctæ qui mentis acumine, multo
Cum sudore, vnum congessisti hæc in aceruum.
Sed quoque pars laudis nostro, me iudice, magna
Passæo tribuenda venit, qui sculpere doctis
Hæc voluit digitis. Opere ergo hoc pulcrius esse
An quidquam possit. simul ARS & MENS vbi spirans.

LES EMBLEMES
DE MAISTRE GABRIEL ROLLENHAGVE,

MIS EN VERS FRANCOIS par vn professeur de la langue Françoise a Colongne.

COLONIAE,
Excudebat Seruatius Erffens:
Prostant
Apud Ioannem Ianſonium bibliopolam Arnheimenſem
Anno MDCXI.

L'AVTHEVR
A SES VERS.

Sortez mes chers enfants, sortez de ma poi-
ctrine,
Leuez vous dans le Ciel, sur l'aile de vos vers,
Humbles vous presentants a la face diuine
Du Grand Dieu qui regit tout ce grand vniuers.
Si ue vous apeartient de porter la couronne
De pampre, de laurier, de mirthes tousiours verds.
De simple humilité vos sourcils soyent couuerts,
Pour auoyr libre acces aupres de sa personne.
Et bien que ce grād tout de droict luy apertiēne,
Et que n'ayons chose qui ne soit du tout sienne;
Se veut-il toutefois que ses pauures subiects
Luy presentent les dons qu'il leur a mesme faicts.
Partant vous prosternant deuant sa maiesté,
Adorez tous craintifs sa saincte deité,
Le priant vous vouloir cōme offrandes propices,
Receuoir en payement de mes cheres premices.
Ce faict rēplis d'espoir, offrez las voile aux vēts,
Et sillonnez hardis de la mer les arpents,
Malgré les enuieux: Car qui est en la garde
Du grand Dieu Immortel, seurement se hasar d

LES

LES EMBLEMES DE MAISTRE GABRIEL ROLLENHAGVE, SELON LEVR ORDRE ET deuiſes contenus en ce liure.

Mis en vers François par vn profeſſeur de la langue Francoise à Colongne.

Embleme I.

Viuitur ingenio, cætera mortis erunt.

TOut ce qui eſt çabas, eſt dõpté par la mort.
Les ſceptres, les honneurs ployent ſoubs ſon effort:
Mais la ſeule vertu par la ſcience acquiſe,
Rompt a la mort ſes traicts, & ſon arc elle briſe.

Emblem. 2.

Sapientia conſtans.

Celuy qui eſt armé d'une ſage conſtance,
Ne craint aucunement la mortelle puiſſance;
Ains portant la face touſiours libre de peur,
Il demeure conſtant de fortune vainqueur.

Emblem. 3.

Lex regit, arma tuentur.

La loy

La loy ſaincte regit aude dans les ſubiets,
Guerdonnant la vertu, puniſſant les forfaits:
Les armes au dehors, vont repouſſant l'outrage
Des ennemys iurez voulants faire dommage.

Emblem. 4.
Ne Tenear.

Tu vois d'occaſion la figure eſtre nue,
Eſtant chauue au derriere, au deuant cheuelue;
Heureux, qui peut ietter ſur ſes cheueux la main:
Car de la prendre ailleurs, on ſe trauaille en vain.

Emblem. 5.
Labore virtus, Virtute gloria paratur.

Si tu veux de lauriers auoyr la teſte ornee,
Tu dois l'auoir touſiours à ton trauail courbee:
Car par labeur s'acquiert la ſolide vertu,
Et la glorie eſt â ceux qui ont bien combatu.

Emblem. 6.
Non obeſt virtuti Sors.

Lors que la fortune du monde ſe iouant,
Va ſens deſſus deſſous toutes choſes rouant,
Le Sage cependant meſpriſant ſa puiſſance,
S'esleue iusque au ciel par ſa ferme conſtance.

Emblem. 7.

Non sceptro, sed plectro ducitur.

L'Amour va mesprisant le sceptre redoubtable,
Se repaissant du son d'une lyre amiable,
Et comme enfant ne peut arrester constamment
Sa boule, ains la roule tousiouri incessament,
Mais l'honneste amitie se monstre tousiours vne,
Sans bransler variable auecques la fortune.

Emblem. 8.

In hunc intuens pius esto.

Si tu veux surmonter des delices l'effort,
Tu dois souuent penser quel a esto cé mort,
Quel il est maintenant, & que tel tu dois estre:
Aynsi deuiendras tu des passions le maistre.

Emblem. 9.

In nocte consilium.

On ne dict, sans raison la nuict porter conseil,
Car par ses tenebres, & son craintif silence,
Nos sens sont rassemblez, lesquels par le soleil
Vont vagants ça & là, dissipant leur puissance.

Emblem. 10.

Spernit pericula virtus.

Celuy qui constant embrasse la vertu,
N'a iamais de crainte le courage abbatu:

L'eau

L'eau, la flamme, le fer, le ciel, & la mort meſme,
Ne ſçauroiẽt de frayeur luy faire le front bleſme.

Emblem. 11.

Lentè, ſed attentè.

Qui veut ſa carriere parfaire aſſeurement,
Il doibt du limaçon ſuyure le rampement:
Car aſſes a temps faict, celuy qui peut bien faire,
Et qui trop ſe haſte, retarde ſon affaire.

Emblem. 12.

Πάντα λέλοιπα.

Bien heureux eſt celuy qui mourãt quãd aurã de,
Delaiſſe genereux ſa grandeur vagabonde,
Et d'elle faict eſchange aux celeſtes plaiſirs,
Qu'en contẽplant il cueille auec ſes ſaincts deſirs.

Emblem. 13.

Remigio, Ventiſque ſecundis.

Lors que le vent ſacré ſouffle dedans ton ame,
Il te faut â-l'-inſtant trauailler a la rame,
Ainſi cooperant conduire heureuſement
La barque de ta vie, au port d'ſauuement.

Emblem. 14.

Quo me vertam neſcio.

Vertu & volupté retiennent en balance
Noſtre eſprit vacillant en contraire eſperance:

La ver-

La vertu nous excite au trauail & labeur,
Pour en apres iouyr d'un Immortel honneur;
Et le plaisir trompeur, aux delices mondainnes,
Cachãt soubs son faux masq, vn million de peinnes.
Mais toy comme Alcide, tasche tout genereux,
D'acquerir par vertu ta place dans les cieux.

Emblem. 15.

Dum nutrior, consumor.

Le bois dans les flammes ne sçauroit rien attendre
Du feu qui l'entretient, si non sa triste cendre:
Ainsi le fol Amant bruslé d'ardeur extreme,
En nourrissant son feu, se consume soy mesme.

Emblem. 16.

Concussus surgo.

Le ballon bour soufflé, sur la terre tombant,
Par sa cheute leger, reiallit bondissant:
Ainsi l'esprit constant oppressé de misere,
Se redresse à l'encontre & la tourne a sa gloire.

Emblem. 17.

Dum extendar.

L'accort ouurier prenant vne masse difforme,
Par maint coup de marteau luy va donnant sa forme:

Ainsi

Ainſi Dieu, grand ouurier, de maux nous martelant,
Nous rend temples ſacrez del'Eſprit conſolant.

Embleme 18.

Matura.

Vn papillon meſme ſe pourra bien defendre,
Si aux toiles d'araigni on le penſe ſurprendre:
Partant ſoy diligent, prenant l'oeuure à la main
Au iourdhuy, s'il ſe peut, ſans attẽdre a demain.

Embleme 19.

Ad ſcopum, licet ægrè & fruſtra.

Ne deſiſte couart, de ton ſage deſſein,
Bien qu'il t'ayt reuſſi par pluſieurs fois en vain:
Car Dieu ne mãque point, d'un ſecours fauorable,
A ceux qui perſeuerent, d'vne conſtance ſtable.

Embleme 20.

Tranſeat.

Du ciel courroucé l'orageuſe tempeſte,
N'eslance pas touſiours ça bas ſur noſtre teſte
La gresle, & le foudre, & la rage des vents:
Car apres la pluye, touſiours vient le beau temps.

Embleme 21.

Mors vitæ initium.

Cõme vn grain de froumẽt, dans la terre mourãt,
En renaissant produict maint espi blondissant:
Ainsi l'homme iuste par sa mort naturelle,
Commence à viure heureux vne vie eternelle.

Embleme 22.

Quid si sic?

Quoy, pense tu par art corriger la nature,
Et ridicule en vain reformer ta stature?
Ni la haute galloche, ni l'emplumé chapeau,
Ne peuuent t'agrandir, ni ce rendre plus beau.

Embleme 23.

Patior, vt potiar.

Celui gouste du miel les douceurs non pareilles,
Qui souffre patient la pointe des abeilles:
Qui veut donc receuoir quelque contentement,
Il faut premier le mal porter patiemment,

Embleme 24.

Consequitur quodcunque petit.

Du iuste l'oraison puissante & penetrable,
Touche de Dieu le cœur, & le rend exorable.
Comme de Diane le dard touſiours certain,
Touche asseuré son but, & ne va point en vain.

Embleme 25.

Non quàm crebro, ſed quàm benè.

Il n'importe de rien, ſi ta fleſche aceree,
Eſt peu ou pluſieurs fois deuers le but tiree;
Mais ſur toutes choſes, il te conuient taſcher,
De ne faillir le but, mais certain le toucher.

Embleme 26.

Durabo.

Celuy-la ſagement la fortune modere,
Qui au temps d'infortune vn meilleur tẽps eſpere:
Car ſi ores on voit le ciel d'orages plein,
Toſt apres on le voit tout tranquille & ſerain.

Embleme 27.

Vbi Helena, ibi Troia.

Vn adultere a faict aux Grecs les armes prendre
Contre la grand Troye, qu'ils ont reduicte en cẽdre
Partant ſi tu veux fuir de Paris le malheur,
Fuy l'impudique amour, le chaſſant de ton coeur.

Embleme 28.

Victrix patientia duri.

De meſme que tu vois vne palme vmbrageuſe,
Contre le peſant faix ſe dreſſer genereuſe:
Ainſi par patience, on dompte le malheur,
Et de luy triomphant, on en reſte vainqueur.

Embleme 29.

Non vno ſternitur ictu.

Si ton premier effort ne parfaict ton ouurage,
Ne deſiſte pourtant, mais redouble courage;
Ainſi le buſcheron par maint coup redoublé,
Et non du premier coup, rend vn arbre accablé.

Embleme 30.

Nudriſco il buono, ſpengo il reò.

Celuy qui a la teſte d'une couronne ornee,
Doibt touſiours retenir pour ſa compagne Aſtree,
Recompenſer les bons de leurs vertueux faicts,
Et punir ſans mercy des meſchants les forfaicts.

Embleme 31.

Sapiens dominabitur Aſtris.

Encor' que des Aſtres la celeſte puiſſance,
Verſe deſſus nos corps leur ſecrete influence:
Le ſage toutefois comme vn Roy genereux,
Va ſurmontant du ciel les aſtres lumineux.

Embleme 32.

Ex vtroque Cæſar.

Ce grand Roy va portant l'eſpee, & le liure,
Afin du grand Ceſar le ſage exemple ſuiure,
A qui Minerue, & Mars, en la guerre, & en paix,
Acquirent vn renom, qui ne mourra iamais.

Embleme 33.

Perſequar extinctum.

Ceux que le fol Amour d'une fleche poignante
Sans repos nuict & iour inceſſamment tourmẽte,
Ne ſe peuuent tirer libres de ſa priſon,
Tant ſa forte rage va domptant leur raiſon;
Que ſi de l'un d'iceux eſtaincte on voit la vie,
Sa mort eſt de la mort de l'autre toſt ſuiuie:
Et voit on bien ſouuent qu'un meſme coutelas
Va trencheant leur vie les menant au treſpas;
Et ſans attendre l'heure ordonnee à la parque,
Se vont precipitant en l'Infernale barque.
Bien heureux donc celuy, qui ne ſent dans ſes ve-
innes,
Comme ſouffre bouillir les amoureuſes peinnes.

Embleme 34.

Flammeſcit vterque.

Bien heureux ſont ceux la qui portent en leur ame
Du ſainct feu d'amitié vne ſemblable flamme:
Et mal heureux celuy qui ſe voit conſumé,
En aymant vn autre, dont il n'eſt point aymé

Embleme 35.

Poſteritati.

Qui plante ne regarde à ſon vtilité,

Mais ſeulement au bien de la poſterité:
De meſme le vray beu du ſacré mariage,
N'eſt point pour aſſouuir noſtre amoureuſe rage;
Mais affin de laiſſer apres nous des enfants,
Qui louent l'Eternel, ſon ſainct nom beniſſants.

Embleme 36.

Nil penna, ſed vſus.

Peu ſert a l'Auſtruche, d'auoyr vn grãd plumage
Puiſque de s'enuoler elle n'a point l'vſage,
Ainſi ceux qui portent vne plume a la main,
Ne meritent pas tous le beau nom d'Eſcriuain:
Mais ſeulement ceux-la dont la plume feconde
Remplit de doctrine tous les cantons du monde.

Embleme 37.

Dum clauum rectum teneam.

Lors que les flots mondains t'agitent rudement,
Ne mãque a ton deuoir; mais cõduy droictemẽt
La barque de ta vie: le ſurplus recommande
Au grand Dieu, qui entend des iuſtes la demãde

Embleme 38.

Si ſciens fallo.

Si iadis les Romains en traictant leurs accords
Auec leurs ennemis de leurs guerriers diſcords,
Immoloient à Iupin pour vne grande offrande,

Par

Par le heraut d'armes vne porque gourmande,
Laquelle il assommoit, d'vne pierre à feu,
Faisant pour tout le peuple ainsi ce commun vœu
Que Iupiter fauoroye des pariures la teste,
Comme de ce caillou ie tue ceste beste:
Et tombe la fureur des grands Dieux colerez,
Surs ceux qui sciemment les auront pariurez.
Certes nous enseignez en trop meilleure escole,
Qui auons pour guide du vray Dieu la parole,
Deuons garder la foy mesme à nos ennemis:
Car Dieu punit tousiours vn pariure commis,
Et d'iceluy tousiours la seuere vengeance,
Talonne de bien pres du pariure l'offence.

Embleme 39.

Spe metuque pauet.

Vn cour bruslans d'amour est tousiours agité
D'espoir, & de crainte, sans nulle fermete;
Car voulant reposer sur l'ancre d'esperance,
Il craint de fortune les traicts, & l'inconstance.

Embleme 40.

Cosi viuo piacer conduce a morte.

La douce volupté peste de nostre vie,
Est de mille peinnes & mille maux suyuie,

Car

Car vn poure amoureux ſemblable a vn flãbeau,
Se conſume ſoy meſme, & ſe mene au tombeau.

Embleme 41.

Puris manibus.

Affin que ta priere ſoit a Dieu acceptable,
Et a ſa Maieſté vn encens agreable,
Garde touſiours tes mains de toute iniquité,
Et conſerue ton cœur en toute pureté.

Embleme 42.

Lingua quo tendis.

Tous les ſerpents qui vont dãs l'Affrique rãpãt,
Ne ſont tant a craindre que ce membre volant,
Qui à la volee puſieurs choſes auance,
Qui cauſent en aprez vne grand' repentance;
Car noſtre parole prenant vne fois l'air,
S'enuole legere, ſans pouuoir retourner.
Partant contien ta langue, & luy rõgne les ailes,
La renfermant dedans ſes bornes naturelles.

Embleme 5.

θὺμε βλέφον ἄνω.

Tu dois touſiours auoir dedans ton cœur vn œil
Dreſſé fort attentif deuers ce grand ſoleil,
Qui eſclaire tous ceux qui viennent en ce monde,
Les rendant capables d'une gloire feconde.

Embleme 44.

Flaueſcent.

Le iuſte doibt croire que ſon affliction,
En fin ſe tournera en conſolation.
Comme au bon laboureur ſon trauail eſt vtile,
Lors qu'il va moiſſonnant, la campagne fertile.

Embleme 45.

Finis ab origine pendet.

Ces ſpheres mouuantes, par leur belle conduitte,
Couplent toutes choſes d'une fuyante ſuitte;
Ce qui perit renaiſt, ce qui naiſt doibt perir:
Ainſi nous en naiſſant commençeons à mourir.

Embleme 46.

Tandem fit Arbor.

Cét arbre dont le chef auoiſine la nuë,
Autrefois a eſté vne plante menue.
Ainſi voit-on ſouuent vn maiſtre treſſçauant
Auoir iadis eſté Eſcolier ignorant.

Embleme 47.

Superata cruce coronor.

Si tu veux r'emporter du combat la couronne,
Ne cede point aux maux, & d'iceux ne t'eſtonne:
Mais conſtant cherche en Chriſt ta conſolation,
Triomphant par ſa croix de toute affliction.

Embleme 48.

Mors sceptra ligonibus æquat.

Le sceptre & le hoyau sont en leur fin semblables,
Payants egal tribut aux Parques redoutables;
Car qui pourra dire, que ce crane hideux,
Ait esté d'un paisan, ou d'un Roy genereux?

Embleme 49.

Paulatim, non impetu.

Le temps ailé moissonne auec sa faulx trẽcheante,
Tout ce qui est dessous la machine roulante:
Rien ne peut s'opposer encontre le destin,
Ains tout ce qui est né, prend peu à peu sa fin.

Embleme 50.

De paruis grandis aceruus erit.

De maint espi on va grosse gerbe amassant,
Et de plusiours ruisseaux les fleuues vont coulant:
De mesme si a peu vn autre peu l'on pose,
Ce peu multiplié deuiendra grande chose.

Embleme 51.

Nequeo compescere multos.

Il n'est rien icy bas si puissant, & si fort,
Qui ne soit surmonté par l'inuincible effort
De celuy qui sage porte auec patience,
De fortune les maux, & leur faict resistence.

Embleme 52.

Ingenij largitor venter.

Le ventre par la ſoif deuenu grand docteur,
Enſeigne a cet oiſeau, comme de la liqueur
Encloſe dans ce vaſe, il pourra bien habile
Raſſaſier ſa ſoif par vn moyen facile:
Ainſi ce grand Maiſtre fuyant la faim cruelle,
Jnuente tous les iours quelque choſe nouuelle.

Embleme 53.

Muſica ſerua Dei.

Orphee par le ſon de ſa profane lyre,
Peut ramener ça haut les ombres de là bas; (dire.
Mais ce grand Chantre Hebrieu, s'eſt peu vãter &
Que iuſque dans le ciel elle conduict nos pas:
Qu'eſt at fille du ciel & ſeruante diuine,
Elle fleſchit meſme du grand Dieu la poitrine,
Et par l'effort ſecret d'accords melodieux,
Recreant nos eſprits les rauit iuſqu'aux cieux.

Embleme 54.

Diſcite iuſtitiam.

Vn bon Roy doibt touſiours obſeruer la iuſtice,
Exigeant des crimes vn ſeucre ſupplice:
Car autrement il donne aux meſchants vn appas,
S'il ſupporte les vices, & ne les punit pas.

Embleme 55.

Consensu populi regnum subsistit.

Rien ne peut mieux l'estat en repos retenir,
Et sa puissance esparse en vn corps reunir,
Que de ses citoiens l'amour, & bienveillance,
Qui sont de tous estats la plus seure defence.

Embleme 56.

Qui me alit, me extinguit.

Il vent par vn doux souffle anime ce flambeau,
Puis d'vne forte haleine le mene a son tombeau:
Ainsi l'Amour tousiours d'inconstance le maistre,
Cruel il faict mourir ce qu'il auoit faict naistre.

Embleme 57.

Sequitur sua pœna nocentem.

De l'homme impenitent le forfaict execrable,
Ne demeure impuni, ains tousiours miserable
Il sent la main de Dieu, qui auec pieds boiteux
Exige tost ou tard vn tourment rigoureux.

Embleme 58.

Post consolationem tentatio.

L'aride plaine estant de grand ardeur rostie,
Se reuestit de fleurs par vne douce pluye:
Ainsi l'homme constant en la tentation,
En reçoit par aprez grand' consolation.

Embleme 59.

Pro Gallinis.

L'Amour comme vn grand Roy veut ſeul eſtre le maiſtre,
Et n'a ſoin comment, pourueu qu'il le puiſſe eſtre;
Vn compagnon luy faict eſmouuoir des diſcords,
Qui ne ſont appaiſez, que par beaucoup de morts:
Meſme les cocqs ialoux de leur troupe encreſtee,
Vont monſtrant aux combats leur proueſſe irritee.

Embleme 60.

Tutius vt poſſit figi.

Dieu aßiſte touſiours ceux qui font leur debuoir,
Et pluſtoſt il excite vn eſtrange pouuoir,
D'un poiſſon eſcailleux, qui tient l'ancre coulante,
Sauuant par ce moyen, la barque periſſante.

Embleme 61.

Ce cadenats qui clot ceſte bouche muette,
Et l'ancre ſacree qui ſouſtient la droicte,
Et ce liure à la main monſtrent euidemment,
Qu'il faut ſans murmurer eſperer conſtamment.

Embleme 62.

Fato prudentia maior.

Ores que du deſtin l'inexorable ſort,
Ne ſe puiſſe eſbranler d'aucun humain effort,
Toutefois la prudence auec ſa preuoyance

Modere ſon arreſt, & ſeuere ſentence.

Embleme 63.

Coniunctis votis.

Tout ce que la troupe de l'Egliſe fidele,
Requiert de Dieu ſuyuant ſa promeſſe eternelle,
Il l'accorde bening, ne reiettant iamais
Les vœus que par enſemble, & en foy lui ſon faicts.

Embleme 64.

Coſi de ben amar porto tormentõ.

Semblable au papillon ie cherche mon plaiſir,
Volletant pres de celle, ou loge mon deſir,
Mais en fin comme luy, ou bien tout i'y conſume,
Ou pauure i'y laiſſe, le meilleur de ma plume.

Embleme 65.

Sacrificium Deo, cor contribulatum.

Nous offrons lors à Dieu vne hoſtie agreable,
Quand nous nous repentons de l'eſtat miſerable,
Auquel nous ont reduict nos crimes & forfaicts,
En luy offrant nos cœurs embraſſez de regrets.

Embleme 66.

Regni Corona Rex.

Le Prince qui au crime ordonne le ſupplice,
Et de ſes bons ſuiets guerdonne le ſeruice;

Merite

Merite que ſon nom viue aux ſiecles futurs,
Franchiſſant immortel les ſepulchres obſcurs.

Embleme 67.

Studio & vigilantia.

Les Muſes ne donnent leur ſcience ſacree,
A ceux-la qui dorment la graſſe matinee:
Ains à ceux qui veillants cõſumẽt pluſieurs nuicts
Liſant de Anciens les tres doctes eſcrits.

Embleme 68.

Arte & Marte.

Bien heureux le peuple, duquel le Roy ſage,
A l'eſprit de Minerue, & de Mars le courage,
Regiſſant par les loix les peuples a luy commis,
Et domptant par le fer ces guerriers ennemis.

Embleme 69.

Conſtantia & fiducia.

La foy eſt du ſalut le ferme fundement,
Lequel il te conuient poſer premierement,
Et croire conſtamment, & auant toute choſe,
Ce que l'egliſe ſaincte a croire te propoſe:
Car bien qu'obeiſſant tu obſerues la loy,
Cela ne ſert de rien ſi tu n'as poinct de foy.

Embleme 70.

Amor docet Musicam.

L'Amour se recreant sur le mont de Rhodope,
Aprit le chant sacré de ceste Calliope,
Qui d'une docte main pinçoit des doux accords,
Mariez à sa voix par consonants discords:
Mais il a detourné ceste saincte harmonie
A ses ieux dissolus, & ardante manie.

Embleme 71.

Non te, sed nummos.

Helas pense's tu donc' pauure vieille abusee,
Que cestuy soit espris de ta face ridee?
Non, mais il faict l'amour aux escus seulement,
Qu'il ayme beaucoup mieux, que ton contentemẽt.

Embleme 72.

Fide, sed vide.

Credule ne croy pas aux paroles trop belles,
Mais ingete's amis par les œuures fidelles;
Et touſiours va portant vn œil dedans ta main,
Croyant ce qu'elle tient pouuoir estre certain.

Embleme 73.

Humana fumus.

Les sceptres, les honneurs, & la gloire mondaine,
Et tout ce qui depend de la grandeur humaine,

N'est

N'eſt rien qu'vne fumee, & pure vanité,
Qui perit en naiſſant comme vne fleur d'eſté.

Embleme 74.

Omnia mea mecum porto.

Las! que tu es trompee humaine creature,
D'eſtimer cela tien, qui vient de l'aduenture:
Mais heureux le ſage, qui n'eſtimant à ſoy,
Que ſa propre vertu, porte tout auec ſoy.

Embleme 75.

Tamen diſcam.

Bien qu'on eut ia vn pied dedãs le froid tombeau,
Et que ia fut ardant le funeſte flambeau,
Si doibt-on toutefois, tant que l'ame eſt encloſe,
Jusqu'aux derniers ſouſpirs apprendre quelque choſe.

Embleme 76.

Virtuti fortuna comes.

Ce caducee ioinct aux cornes d'abundance,
Monſtre que le bon heur ſuit touſiours la prudẽce,
Bien qu'il ſoit incontãt; car rarement s'eſt veu,
Qu'un hõme ſoit tombé ſoubs le malheur preueu.

Deus nobis hæc otia fecit.

Embleme 77.

Tu reçois Israel l'es rigoureux salaires,
De tes propres pechés, & de ceux de tes peres,
Qui meurtrirent cruels le desiré Messie,
Lors qu'il vint metre fin a toute prophetie.
Ou nous au contraire escoutons tres heureux,
Sa saincte parole qui nous ouure les cieux;
Partant pauure peuple recongnoy ta misere,
Et appaise en croyant, du grand Dieu la colere.

Embleme 78.

Ex bello pax. (*Mars*

O heureux changement, quand les horreurs de
Se changent en la paix regnant en toutes parts:
Alors on voit heureux les Abeilles doucettes,
Bastir dans les casques leurs petites logettes.

Embleme 79.

Correctum inquirit scientiam.

La plus belle science, qu'on sçauroit acquerir,
Est de cognoistre Dieu, & son cœur luy offrir,
L'aymer & l'honorer, le seruãt auec crainte,
Qu'on doibt au fond du cœur auoir tousiours imprainte.

Embleme 80.

ἐκ πόνου κλέος.

De celuy le renom va sur montant la mort,

Qui

Qui ſans ceſſe au trauail employe ſon effort:
Car d'honeſte labeur la floriſſante gloire,
Vit eternellement au temple de Memoire.

Embleme 81.

Pueros caſtigo viroſque

Ceſte rare beauté detient ſoubs ſon empire,
Enfants, ieunes, & vieux par diuerſe maniere,
Chaſtiant l'enfance par vn fouet rigoureux,
Et les plus farouches par les rays de ſes yeux:
Ne ſe trouuant aucun ſi libre, & ſi volage,
Qu'elle ne captiue, d'un amoureux cordage,

Embleme 82.

Vita mortalium vigilia.

Puisque ceſte vie remplie de menſonge,
N'eſt rien autre choſe, que l'image d'un ſonge,
Nous deuons en veillant les vertus acquerir,
Et touſiours bien viuant apprẽdre à bien mourir.

Embleme 83.

Manet immutabile fatum.

Les choſes d'icy bas ſont ia predeſtinees,
Auparauant que d'eſtre entre les hommes nees;
L'oraiſon des iuſtes à pouuoir toutesfois,
De ces fatalités rompre les dures loix.

Embleme 84.

Deterius formido.

Helas! ce n'eſt aſſes, que ceſte pauure vie,
Soit à tant de malheurs ſans repos aſſeruie:
Mais pour cõbler nos maux, vne rongeante peur
D'vn plus grand deſaſtre nous martele le cœur.

Embleme 85.

Aduerſis clarius ardet.

Plus ce mont eſt ſoufflé d'orageuſes bouffees,
Plus il va luiſant de flammes enſouffrees:
Ainſi l'homme conſtant plus il eſt agité,
Plus ſa glorie eſt luiſante, & ſon luſtre augmentè.

Embleme 86.

Sic tranſit Gloria mundi.

Il n'eſt rien icy las d'eternelle duree,
La gloire du monde ſemblable à la fumee,
Plus elle va braue, ſes cornes esleuant,
Plus elle s'eſuanouit, & deuient à neant.

Embleme 87.

Iuſques à la mort.

Le feu d'vn ſainct amour qui eſchauffe deux ames,
Sans receuoir vn tiers, en ſoy retient ſes flammes,
Gardãt malgré la mort iuſques au froid tombeau
L'ardante affection de ſon premier flambeau.

Emb

Embleme 88.

Suum cuique tribue.

Vn vray Radamãte touſiours le droict maintiẽt.
Rendant a vn chacun ce qui luy apertient,
Examinant de pres d'vne egale balance,
Du iuſte le bienfaict, & du meſchant l'offence.

Embleme 89.

In virtute & fortuna.

L'Aigle genereuſe volant ſur la nuee,
Meſpriſe des ſerpens la langue empriſonnee:
Ainſi qui de vertu a le bel ornement,
Dompte des enuieux le mocqueur ſifflement.

Embleme 90.

ἀιώνιον καὶ πρόσκαιρον.

La fleur comme nos corps au matin eſpanouye,
Se voit ſur le veſpre toute morte & ternie;
Mais le tortueux ſerpent auec ſes contours,
Monſtre que noſtre ame a vn æternel cours.
Partant nous compoſés de pieces ſi contraires,
Deuons bien meſpriſer ces choſes paſſageres,
Dreſſant noſtre eſprit vers l'immortalité,
En paſſant ceſte vie en toute ſainctеté.

Embleme 91.

Viribus iungenda ſapientia.

Peu ſert au Centaure ces membres vigoureux,
S'il n'a la prudence du ſerpent cauteleux:
Si tu veux donc vaincre, il faut que la prudẽce,
Touſiours face à ta force, vne ſeure aſſiſtence.

Embleme 92.

Solum à ſole.

Le ſoleil radieux par ſa carriere ronde,
Rend la terre de mille, & mille fruicts fconde:
De meſme ce grand Dieu eſclairant nos eſprits,
Y produit de vertu les agreables fruicts.

Embleme 93.

Recto curſu.

Pour monter d'helicon la verdoyante croupe,
Et viſiter le choeur de la neufuiéſme troupe,
Il faut d'un pas leger breſſer tous les halliers,
Et tendre contremont par les aſpres ſentiers.

Embleme 94.

Spes alit agricolas.

Le courbe laboureur va ſillonnant la terre,
Et dans ſon large ſein la ſemence il enſerre.
Auecques grãds trauaux, d'un bon eſpoir conduit,
Qu'il en aura vn iour vn treſplantureux fruit.
Supporte donc les maux en toute patience,
Affin d'en moiſſonner, vne grand' recompenſe.

Em

Embleme 95.

Poco à poco.

Les tendres herbettes vont peu a peu ſucçant
L'humeur deſiree, par ce moyen croiſſant:
De meſme il te faut boire auecque meſure,
Et autant ſeulement qu'en requiert la nature.

Embleme 96.

Tribulatio ditat.

Le grain eſtant par maint coup de fleau,
Eſt aprez reſerué, & mis en vn monceau;
De meſmes les iuſtes, aprez beaucoup de peinnes,
Seront receus auxcieux, leurs demeures certainnes

Embleme 97.

Victrix fortunæ ſapientia.

Ce trencheant coutelas ſur la boule volante,
Et ce ſerpent couuert de palme triomphante,
Vont demonſtrans a l'œil, comme par la vertu
La fortune eſt vaincue, & ſon vol rabatu.

Embleme 98.

Aut mors, aut vita decora.

De vaincre ou bien mourir propoſe toy touſiours,
Et iamais en fuyant, ne prolonge tes iours:
A quoy ſert ta vie, ſi tu perds ton honneur,
Non, ce n'eſt plus vie, mais extreme langueur.

Embleme 99.

Donec totum impleat orbem.

Diane aut front cornu va ſeulement croiſſant,
Juſques à ſa rondeur ſon luſtre palliſſant:
Mais du Roy des François la gloire vagabonde,
N'a poinct d'autres bornes, que la rondeur du monde.

Embleme 100.

Virtus lorica fidelis.

Le pleurant Cocodril a pour iacque de maille,
Contre ſes ennemis ſon effroyable eſcaille:
Mais l'homme de bien couuert de la vertu,
Surmontant tout ça bas, n'eſt iamais abbatu.

Disce bonas artes, et opes contemne caducas.

VIVITVR INGENIO; CÆTERA MORTIS ERVNT.

Omne malum exsuperat CONSTANS SAPIENTIA, *mortem*
Spernit, et aduersâ Sorte tonante viget.

LEX REGIT; ET hostes contrà Ducis ARMA, TVĒTVR
Hunc populum Legis, qui sacra Jussa, facit.

NE TENEAR, postica cauet pars vertice raso,
Cæsariem qui scit prendere, fronte, sapit.

Sæpè LABORE *fiùt* VIRTVS, VIRTVTE PARATA
GLORIA, *non alio conciliandamodo.*

VIRTVTI SORS NVLLA NOCET volat aurea virtus,
Vltra Helicen dum Sors perfida versat humum.

NON SCEPTRO virgo SED PLECTRO DVCITVR. Aurum
Spernit amor; venerem Musica blanda mouet.
Est hic vterq; tamen fallax Amor; instabilisq;:
At firmus Virtus quem parit vnus erit.

Esse prius cupis? HVNC saltem ADSPICE, qui fuit olim
Tu quod es, et, quod eris, mox erit ipse, cinis.

Consilium in tenebris capias et NOCTE profundâ:
Humanis obstat sensibus abundes.

Non aduersa timet SPERNIT PERICVLA VIRTVS,
Illa vel in medio, nescit obire, mari.

LENTÈ equidem, TAMẼ ATTENTÈ gradior: mora nulla est;
Si modò sat benè quò vis, citò sat venies.

Ὅσσ' ἐνὶ τῷ κόσμῳ εἶχον νῦν πάντα λέλοιπα:
Πάντα λιπὼν κόσμῳ, πάντα θεοῖο ἔχει.

Naui go REMIGIO *fœlix* VENTISQ; SECVNDIS ,
Sic bene perficiam, quod bene cœpit, iter.

Nescio quo vertam mentem vocat ardua virtus
Huc, illuc Venus et splendida Luxuries.
At tu si sapis, Herculeos imitare labores:
Sperne voluptatem, deliciasq; fuge.

CONSVMOR miserium, flammas DVM NVTRIO, ligni,
Officium in damno est: nil bene facta juuat.

CONCVSSVS SVRGO, Cajus me tollit in altum,
Plaudit vt in medijs Mens cruce pressa, malis.

DVM EXTENDAR, duros ictus tot perfero, nomen
Ob clarum cur quis ferre recuset idem?

Matvra mora longa nocet ſpes omnis in alis
Inſtat qui te vult prendere Papilio.

Volue SCOPVM donec, LICET ÆGRE, attingere possis,
Et FRVSTRA, molem volue revolue tamen.

Perfer et obdura: Tempestas TRANSEAT *olim,*
Fulgebit puro lætior axe dies.

Grana velut putrefacta nouas meditantur aristas
Sic **VITÆ** *MORS est hæc quoq́* **PRINCIPIVM**.

QVID SI SIC. forsan cúbito sim longior; heùheù.
Non ars Naturæ, corrigit, Iuvenium.

VT POTIA[R] PATIOR stimulos pro mille, dolores,
Mille vt mille feram pectore delicias.

CONSEQVITVR QVODCVNQ PETIT Dyctinna Sagittis,
Et mens consequitur quod-pia-cunq; petit

NON tu QVAM CREBRÒ jaculeris, QVAM BENE refert
Contingat metam, missa sagitta, suam.

DVRABO, et quondam res exſpectabo ſecundas,
Quamvis nunc malè ſit, non malè ſemper erit

Certè VBI TYNDARIS *est ibi* TROIA, *vbi bella puella*
Bella mouet telis, æmula turba suis,
At tu, ni Paridis cupias mala fata subire,
Cuiq; tuam sponsam linque, tuā retine.

Omne malum superat VICTRIX PATIENTIA DURI
Vt nec ab imposito pondere PALMA *perit*

Nitere in aduersis, NON VNO STERNITVR ICTV,
Quæ longo ê durâ, tempore, crevit humo.

Nudrisco il buono, il reo spegno:
Trapassa danno il fert' ingegno.

Astra regunt homines, sapiens **DOMINABITVR ASTRIS**
Et poterit nobis cautior esse malis.

Artibus ac Armis AB VTRISQ ego CÆSAR in orbe
Dicor; erunt artes Armaq; noster amor:

PERSEQVAR EXTINCTV̄ te, ô Pyrame qui tua læsit:
Viscera muero Iecur transeat ille meum
Quis tua castra sequi cupiat, ô sæue Cupido,
Qui tanta tractus asperitate tuos:

Vero ardore pari face cum FLAMMESCIT VTERQ*ue*
Is dici meruit non simulatus AMOR.

Non mihi condo nemus, sed gratus POSTERITATI
Quod dederant ataui reddere constitui.
Coniugij hic casti typus est, cui sola propago
Est scopus, et sera Posteritatis amor.

En struthum NIL PENNA juuat, quod nesciat vti:
Non PENNA EST scribas quæ facit, vsq; erit.

DVM CLAVVM RECTVM TENEAM nauimq; gubernē,
Vni committam, cætera cuncta, Deo.

Si te FALLO SCIENS *feriat mea vita Jupiter vltor,*
Dicebat pangens fœdera ROMA *vetus.*



SPEQ METVQ PAVET calido cor amore perustum
Spes est solicito plena timore venus

COSI VIVO PIACER CONDVCE A MORTE,
O de rio et acerba Sorte.

Ad Dnos MANIBVS PVRIS *adeunto, fideli*
Pectore, quò possint pondus habere preces.

Garrula quò TENDIS? *quo te furor impia lingua*
Abripit? Ah presso, disce tacere, labro.

Βλέψον ἄνω θύμ' ὧς κῆρ' ἠελίοιο φάος, σοί
Ἐσι βοήδει' ἐξ ὐρανίοιο δόμυ.



Flavescent segetes cum Sol volet, mala justo
In melius rediget tempore, longa dies.

Nascentes morimur; FINISQ; AB ORIGINE PĒDET.

De vita ad mortem mors rediuiua trahit.



Exiguus Tandem grandis fit ſurculus ARBOR
Abiectusq; puer ſæpe peritus homo

Rebus in aduersis superatâ sorte CORONOR:
Sic Sapiens patiens sub cruce lætus ouat.

Pallida MORS *æquo pede* SCEPTRA LIGONIBVS ÆQVAT,
Et Regum anteʼ aulas pultat, et anteʼ casam.



PAVLATIM leni decurrit arenula lapsu
NON IMPETV delabitur.

Adde parum paruo, paruo superadde pusillum,
Tandem DE PARVIS GRANDIS ACERVVS ERIT.

Per fero, quid faciam? NEQVEO COMPESCERE MVLTOS,
Si vis cedendo vincere, Disce pati.

Me docet INGENIJ VENTER LARGITOR ET ARTIS,
Calculus impositus quod bene trudat aquam.

MVSICA SERVA DEI nobis haec otia fecit:
Illa potest homines, illa mouere Deum.

DISCITE IVSTITIAM: laqueus monet illud et ensis,
Quæ DEVS in Regum dirigit arma manu.

Consensv' popvli regnvm svbsistit, et vrbes
Pace vigent, ciues si bene conueniant.

QVI ME ALIT EXTINGVIT, qui me fouet et mouet, ille
(Cum minime credo) me necat, hostis AMOR.

Vltio certa manet, SEQVITVR SVA POENA NOCENTĒ,
Antè expectatum; Claudia ea Diua, venit.

Languescunt flores radijs Solaribus vsti,
Per pluuias soliti tollere sponte caput.

Vt PRO GALLINIS, *victoriæ amore, ſalaces,*
Non prædæ, galli, bella cruenta mouent:
Sic PRO VIRGINIBVS *certat laſciua iuuenta,*
Atq; etiam ſæuo vulnere ſæpe cadit.

Tvtivs vt possit figi maris anchora fundo,
Adiuuat humanam piscis amicus opem.

Ornant mortales taciturna silentia Sanctos,
Spes silet ex spectans, danda brabea pijs.

Aduerſo ſapiens FATO PRVDENTIA *MAIOR*
Arte malum quiſquis corrigit ille ſapit.



CONIVNCTIS VOTIS, coniuncto pectore quicquid
Postulat, hoc CHRISTI grex, super orbe, feret.

COSI DE BEN AMAR PORTO TORMENTO
Et mor' ogn' hor' lieto è, Contento .
Musca velut sequitur flammam, ac se se injicit igni
Sic Veneris ittelis læta iuuenta perit .



Hostia grata Deo mens vero attrita dolore ,
Cum delicta premunt, Hostia Sacra DEO

Qui ſcit honore bonos cumulare, et plectere ſontes,
Rex erit is REGNI, *vera* CORONA, *ſui.*

Qui VIGILI STVDIO *Sapientem scripta volutat,*
Hic dici doctus, Cur mereatur, habet.

Sunt duo qui faciunt vt REX *in honore sit* ARS MARS
Gloria ab ARTE *venit gloria* MARTE *venit*

Judice freta Deo, superat FIDVCIA *constans*
Omne malum, et Christo sub cruce læta duce est.

Oblectant animos Cytharæ, Cantusque, Lyræque!
Musica blandus AMOR plectra mouere docet.

Musarum purus tamen est castusque Cupido:
Ni sit, è cœtu mox procul ejicitur.

Non te, sed nummos turpissima bestia, sponsa
Crede mihi, qui te tam bene tractat, amat.
At non longum erit hoc: thesauris ille potitus,
Mox aliam quæret ære tuo venerem.



Est OCVLATA MANVS NOSTRA: et quod cernere non est,
Id se pro cêrto credere posse negat.



Pulvis et vmbra sumus, pulvis nihil est nisi fum⁹,
Sed nihil est fumus nos nihil ergo sum⁹.

PORTO domumque meā MECV MEAQVE OMNIA multis
Regibus hoc ipso ditior et potior.

Et licet in tumbam pes decidat alter, et alter.
Viuat adhuc, studijs INVIGILABO TAMEN.

VIRTVTI FORTVNA COMES, Sudore paratur,
Fructus honos oneris, fructus honoris onus.

O Judæe, DEVS NOBIS HÆC OTIA FECIT,
Nolebas, vellet cum facere illa tibi.

EX BELLO PAX alma venit, quam poscimus omnes
In galeis condit, PAX veneranda, fauos.

Nosse Deum, metuisse Deum, SAPIENTIA summa est,
QVÆRERE CORRECTVM hanc, nocte dieq; solet.



Εκ πονου ἐςὶ κλέος, πόνον ȣ̓ δεῖ φευνέμεν αργὸν,
Ὀυ κλέεος μετίχει ὁς φύγε πάντα πονον.

Discipulos vt virga nouis sic virgo maritos
CASTIGAT PVEROS hæc domat illa viros.
Ergo vis animum iuuenis mollire ferocem:
Des illi vxorem mox velut agnus erit.

Vana velut nil sunt, VIGILATÆ insomnia NOCTIS,
Sic spatium est, quod in hoc viuimus orbe, NIHIL.

Legibus æternis, MANET IMMVTABILE FATVM,
Non plus fata tamen, quàm pia vota, valent.

Carcer: clausa meo, FORMIDO vulturis vngues,
Duplex pœna premit me, satis vna foret.



Inconcussa manens ADVERSIS CLARIVS ARDET,
Et duplicat vires Ignibus, ÆTNA, nouis.

Cernite mortales, SIC TRANSIT GLORIA MVNDI,
Noster honor cinis, et pulueris vbra sum.

Jvsqve a la mort Je ſuiŕ le voſtre,
Noſtre foy ne partage vng aultre.

CVIQVE SVVM TRIBVAT, pœnas vel præmia Iudex /
Lance pari, ac æquis omnia ponderibꝰ.

In virtute meam fortunam colloco vincam
Hac ratione nigram, fortiter; Invidiam.

Ὡς ὄφις ἡ ψυχὴ αἰωνιος αλλὰ ῥοδον μὲν
Πρόσκαιρον, κ' ἀμφα ἑιν ἑνί εισι βροτῶ.

VIRIBVS est IVNGENDA modis SAPIENTIA cunctis
Vti qui nescit robore sæpe cadit.

Cum SOLVM A SOLE *fœcundum ager omnis ab illo*
Fertilis et frugum munere fœta Ceres.

Culmen ad Aonidum REC TO *contendere* CVRSV
Fert animus Pindi saxa per & tribulos.

Spes alit agricolas messis Dea certa futuræ,
Illa jubet fidæ credere semen humo.

Poco a Poco come la Serbetta,
Beuiamo noi, non con la fretta.

TRIBVLAT atq; quatit segetes DITESCERE sperans
Rusticus, et nobis crux benè nostra facit.

VICTRIX FORTVNÆ, SAPIENTIA sancta tonātis,
Durat, et exsuperans, cuncta pericla, niget.

Alterutrum optandum est, AVT MORS AVT VITA DECORA,
Turpe fugâ vitam quærere: Malo mori.

Augescit, DONEC TOTVM, Luna, IMPLEAT ORBEM,
Gallorum, talis gloria, Regis, erat.

Rebus in aduersis, VIRTVS LORICA FIDELIS,
Negligit ambiguæ tela maligna Deæ.